



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Vnde & à quo vocatus Nazaræus, vel Nazarenus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

etatis & utriusque sexus, in mercato cerebini vendidatus sit. Et idcirco execrabile esse Iudaei mercatum celeberrimum visere. Dicant illi, quod volumus: nos recte testimonium sumpsisse dicemus Evangelistam Matthaeum pro loco in quo Rachel condita est: ut vicinarum in circuitu villarum filios quasi suos flecteret, &c.

§. 2. Quod Iudaeos attinet, non erat operae precium de Tito, vel etiam Adriano novas fabulas effingere, sub Tito in Galilaea, & Ierosolymis, ubi gentis cammentio est put erat, praecipue clades saevit, multo minus ad in hoc loco Adrianum pertinet. Ephraim eo tempore non mihi grauit, ut eius toties mentio instituitur: De Iuda & Benjamin agebatur. Nam Ephraim iam adeo diu desierat esse populus, ut patriae & linguae oblitus fuerit. Alio igitur illa referenda sunt. Verum primo textum consideremus, in quo etiam alia verba videantur, nihil tamen est repugnans.

In Rama רמא, noster vertit: in excelso, 70. רמא, ut constet esse locum aliquem in finibus Bethlehemi, latinis Excelsum. Ploratus נחם Nebi. 3. & 4. 7. noster vertit lamentationem. Ululatus נחם bechi sentientes fletus, נחם & נחם. Textus est: noster vertit lamentationem. Ululatus נחם bechi sentientes fletus, נחם & נחם.

Multus נחם coniungendum est cum נחם, & sensus est, Bechi Thamrarim, fletus amaritudinum, quod bene vertitur ὁδυρμός πλῆθος. Est perseverans tristitia.

Denique in Hebraeo additur, super filios suos, hoc modo, Et noluit consolari super filios suos. quod nec in nostro a versione est, nec in 70. nec Matthaeus recensuit. Chaldeus tamen adiunxit. Ex hisce igitur perspicuum est, non esse aliquam sententiarum inter Ieremiam, & Matthaeum differentiam: licet verba non studiose annumerata sint.

§. 3. Iudaei ista omnia de dolore Rachelis interpretantur, qua inducitur lamentari filios Benjamin in captiuitatem abductos, & gaudere de reditu. Haec interpretati oppono, totum Ieremiam contextum, qui de Christo, & eius regno prophetauit, non de Benedictio, iamitis. Quod ut ostendam, legendus est ipse Prophetica. In illo tempore dicit Dominus: Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum. Et v. 6. Quia ead reditū sit tempus, in quo clamabunt custodes in monte Ephraim. Surge & ascende in Sion ad Dominum Deum nostrum. Hoc non est factum soluta captiuitate Babylonica; nam Samaritae infesti semper hostes Iudaeorum fuerunt. Itemque v. 8. 9. 10. Clarissime v. 22. Femina circumdabit virum, & 11. 31. Ecce veniens dies, & seriam domus sunt facta Israel pactum nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum, & v. 33. Dabo legem meam in visceribus eorum. Et non docebit vir ultra proximum suum.

Denique ait in fine capitis, ciuitatem adificandam, & non destruendam usque in perpetuum. Haec nullo modo conueniunt, & Iudaeis ex Babylonia reducibus, & sub Persarum, Graecorum Romanoque imperio gementibus; nec de tali igitur dolore, vel consolatione agitur: Sed Christo, a postolis, Samaritae recipienti verbum Dei. Aut ostendant haec aliquando acta, Iudaeos a septentione reductos. Perspicuum igitur est, non conuenire ista liberationi per Cyrum concessa, ut Iudaei interpretantur; neque enim Tribus Ephraim redit, & expertus est eo tempore, quod dicitur, v. 26. statui post Si filius honorabilis mihi Ephraim, miserans miserebor eius. Multo minus conuenit Ierosolymorum illa exstructionem ista, quae omnino postea vastata, ut non manserit lapis super lapidem. Hanc ob causam Rabbini nonnulli de aliqua veteris Testamenti historia agi, si d ignota, fingunt. Verum hic quoque sine ratione fumos vendunt. Quamuis enim aliqua calamitas euenire filiis Rachel potuerit, quam aboleuerit temporis vetustas, non tamen tam insignium promissionum effectus in obscurum esse potuerunt, ut cuiusque

quamvis obiter legenti constare potest. Deinde si de tribuum reditu agitur, & captiuitate, cur potius Rachel luget, quam Lia? Sane Lia filii redierunt, hoc est filii Iudae, Beniamitae pauci fuerunt, caeteri tribus in dispersione manserunt. Imo Bethlehem ad Iudam pertinet, sed Rachel lugere inducitur, quia ibi sepulta est. Quid porro ad solos Bethlehemitas, omnium communis felicitas, aut clades?

§. 4. Opponunt tamen versum 18. Haec dicit Dominus, quiescat vox tua, & oculus tuus a lacrymis, quia est merces operis tui, ait Dominus. Et reuerentur de terra inimici. Et isti spes nouissimis, ait Dominus, & reuerentur filii tui ad terminos suos. Respondet tamen hanc ipsam promissionem non esse completam, nisi per Christum cum ad Rachelam seu Ecclesiam veri Israelitae ex omni orbe redierunt. Neque enim simpliciter reditus, sed cum ea felicitate, & nouitate promittitur, quae nec Cyro regnante, nec deinceps fuit, si temporaria spectemus, addo quod de reditu Ephraim statim adiungitur falsum esse. Nullus enim eius reditus fuit, nisi ad Christum conuersio, nec iam populus vllus superest Ephraimitarum, qui redire possit.

VERSUS 19.

Defuncti sunt enim qui querebant animam pueri.

QUESTIO I.

An Christus animam habuerit?

§. 1. Apud S. Athanasium in colloquio orthodoxo Axi, & Macedoniani hinc probatur, Christianum verum hominem, veram animam habuisse. Non est hic vnus error vester, inquit ille, qui eiusdem cum patre essentia filium esse dicitis, sed quod Dominum incarnatum animam quoque habuisse asseritis. Et paulo post fatetur Macedonius, suos Christum exanimem dicere. Qui respondet Orthodoxis. Quomodo ergo Angelum audies Iosepho dicentem: assumpto puero eiusque matre fuge in Aegyptum: quae siturus est enim Herodes animam pueri: & iterum: Surge & vna cum puero, eiusque matre praefiscere in Israeliticam terram: mortui sunt enim, qui animam pueri querebant ad necem. Sane diuinitatem ad necem quaerit Angelus non dixisset, nec Iosephus credidisset, sed eam animam, qua constabat vita humana.

VERSUS 23.

Quoniam Nazaraeus vocabitur.

QUESTIO I.

Vnde, & a quo vocatus Nazaraeus, vel Nazarenus?

§. 1. Matthaeus non vnum Prophetam nominat, sed per Prophetas esse dictum affirmat: Chrysolomus, aliique eum sequi soliti, a Prophetis dictum volunt quorum scripta non extant. Caluinius ait, eum, nodum, quem soluere non potuit, abscessisse. Nihil coloris habere eam responsum, omnes enim libros qui Matthei tempore fuerunt, etiam nunc superesse.

Quamuis autem Chrysolomus solutionem non sequeretur, non tamen Caluini rationem probare possem: phetis qui cum enim tot veterum libri interierint, ut ostendit in non exstant Prolegomenis P. Serarius, nihil mirum est, si multa citare pot ex eis vel traditione, vel citatione in alios libros translati, seruari potuerint. Iudas vers. 14. citat Prophe-

Prophetiam Henoch, quem ait prophetasse septimum ab Adam, & verba allegat. Quod signum est, vel traditione, vel scripto vaticinium vetustissimum esse servatum, pari ergo modo cum tot Prophetæ fuerint in populo Dei, tā pauci scripserint Prophetias, quod enim Elias, aut Helias scripsit? Non abs re Chrysostomus existimavit, quoniam in Scriptu a nusquam totidem verbis id invenitur, quod Matthæus per Prophetas dictū esse testatur, id ab aliquo, vel aliquibus dictum esse, quorum scripta non superessent, aut nulla fuissent, sed memoriæ Ecclesiæ continerentur. Non dissimilis aliorum sententia, qui putant à Prophetarum interpretibus dictum Nazarenum. Verum id minus probandum est. Si enim Prophetæ dixerunt, appellandum Nazarenum, quid opus est ad interpretes cōfugere? Prophetas enim citat Matthæus, & in illis sit auctoritatis. Si Prophetæ sic eum non appellaverunt, parum opis est in commentariis interpretum, nisi ipsi Prophetica auctoritate pollebant.

Vaticinia
multa
memoria
hominum
continetur.

nam
in di
tione

Nazar &
Nazar
noti indi
cuntur.

nam
me
ent.

Vulgatissi
mum Na
zarenus
nomen.

Christiani
dicti Na
zarenus.

per
matthæum.

§. 2. Qui certum scripturæ locum designant veteres, & recentiores, tripliciter differunt. Alii enim Nazarenum dictum volunt, quasi se paratum, Domino consecratum, ut Gen. 49. 26. Et in vertice Nazarei inter fratres suos, & Iud. 13. 7. ubi Samson dicitur Nazareus futurus Domino. Alii ad Isaïam referunt 11. 1. Egre ditur virga de radice Jesse, & flos de radice eius scēdet, ubi in Hebræo est Neze; alii utrumque locum coniungūt.

§. 3. Duo sunt apud Hebræos verba, eiusdem promotionis, sed d uerla significacionis נָזַר Nazar, & נָזַר Nazar, siue scribere malis Nadfar, & Nasfar, quæ nos pronunciatione vix distinguimus, Iudæi Sibilo aliquo expresse, ut facile iudicari esset, quam vocem proferrent Nasfar per נָזַר est custodire, formare, plantare, נָזַר planta tenera, germen, flos, quod accurate custodiatur. Huiusmodi ferculū est Christus Dominus, de radice David, de quo Angelis mandatum est, ut in manibus portent eum, ne forte offendant ad lapidem pedem suum. Altera dictio est נָזַר per Zain, quæ est separare, sanctificare, unde נָזַר Nazir, & Chaldæis נְזַרְיָא Nezarai, Nazareus, quales illi quorum Nazareatus in lege describitur, qualis etiam Ioseph ob sanctitatem, & ex lege dicta Samson. Hoc quoque in Dominum nostrum convenire dubium non est; fuit enim multis modis, segregatus à peccatoribus, sanctificatus, & Deo dedicatus.

§. 4. Christum Nazarenum vocatum constat ex Sacris Euāgelis, hoc loco Græce dicitur, Ναζωρεῖος, Marci 1. 24. Ναζωρεῖος, Luc. 4. 34. eodem modo; atque eodem modo aliis in locis, adeoque nomen hoc notum fuit, ut omnes viderentur. Matt. 26. 71. Marc. 1. 24. & 16. 6. & 18. 37. Act. 2. 22. & 3. 6. & 6. 14. Quin ipse se ita appellat, Act. 22. 8. Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris, & 26. 9. Quin etiam hoc nomen in titulo positum fuit, Ioan. 19. 19. Iesus Nazarenus Rex Iudeorum. Hinc etiam continuo vocari videmus Christianos Nazarenos; nam Act. 24. 2. Accusator Pauli vocat eum, auctoritatem seditionis sectæ Nazarenorum. Sic deinde per contemptum Christum, & Christianos vocant Iulianus, Porphyrius, hodieque Iudæi. Elias Iudæus testatur hos ab illis vocari נָזַרְיָא Nosserim, seu Nazarin. Dubitari solet tamen an à נָזַר datur, an vero נָזַר. Verum hoc licet certissime non constet, omnino tamen probabile est, à נָזַר Nasfar dci, ut florientis quali, seu floridus appelleretur. Non est hoc omnino certum: quia Nazareth, non invenitur in sacris Bibliis, nisi in nouo Syrorum Testamento: omnis ergo certitudo etymologia nititur Syriaca versione, ubi semper per נָזַר scribitur. Quamquam ille quoque gentes duas literas confundunt, cum eisdem instrumentis oris efferantur; nam supra ubi Hebræus habet נָזַר Chaldæus legit נָזַר per Zain; nec mirum has literas inter se commutari,

Adami Conz en in Euang. Tom. I.

cum in נָזַר & נָזַר frequentissime mutantur. Quia tamen semper ita scribunt, & ipse Elias נָזַר vocari dicit à Nazareth suis נָזַר virgultum seu florem, & Christianos quasi virgulta super truncum sacrosancti corporis Christi Iesu insita & radicata, in Syro titulo crucis vocatur נָזַרְיָא Nasraia, vel citur, ut alii pronunciant, Nosraio. Convenit hæc etymologia Christo non modo, quia virgultum, & flos, sed quia servator. Ita Exod. 34. 7. נָזַר custodiens. Hoc nomen cum multis scandalo esset, Bethlehemitam enim non Nazarenum Christum esse oportere sciebāt Euāgelistæ omnes, hinc Euāgelista causam cur ita appellatus sit, ita causam indicat; non quod in Nazareth natus, sed educatus esset. cur Nazarethus igitur Iosephi Iudæam fugientis, Prophetica veritati servavit: Nam & in Bethlehem nasci, & ab educatione Nazarenum vocari oportuit, ut unq; Matthæus factum probavit, Natiuitas in Bethlehem ex cōfessu Cæsar, & adoratione Magorum constabat; de nomine Nazareni ex usu vulgi. Quod igitur per contumeliam nomen imponebant Domino, id Euāgelista à Prophetis prædictum esse asserit, eoq; probat ipsum esse Christum, argumentum in adversarios retorquens. De tam vulgato nomine, tamquam muliarum disputationum causa, prædixisse certi aliquid Prophetas non est dubium. Nam quod ad loca citata attinet, erat Ioseph, & Samson typi Domini, sed alio nomine dicti prophetæ præ Nazareth. Quod ad Isaïæ verba, dicitur illis Christus dixisse hoc נָזַר quod ait Elias esse nomen Hebræum vrbis Nazareth, verum tamen non videtur hoc satis expresse de probat dictum per Nazareni nomine probando. Indicat hoc satis Tertullianus l. 4. ad Marcion. c. 8. Nazareus vocari habebat secundum Prophetiam Christus creatoris. Unde & ipso nomine Iudæi Nazareos appellant per eum. Vera igitur & expressa fuit eo tempore nota Prophetia aliqua creatoris, de hoc nomine. Sed Tertullianum potius audiamus. Nam & sumus de quibus scriptum est, Nazareus exalbat sunt super nuem. Qui scilicet retro luridati delinquentia maculis, & nigrati ignorantia tenebris. Christo autem appellatio Nazareus competitura erat ex infantia latebris, ad quas apud Nazareth descendit, vitando Archelaum filium Herodis. Hoc propterea non omisi, quia Christum Marcionis oportuerat omne commercium egerasse, etiam locorum familiarum Christi creatoris, habentem tanta Iudææ oppida non ita Christo creatoris per Prophetas emancipata. Ceterum Prophetarum erit Christus vbi cūq; secundum Prophetas invenitur.

Hieronymus putat fixum de scripturis testimonium non proferri. Merito; nam quamvis etymologia prædixit, quæ conveniat, vel ex sanctitate Nazareum, vel à furculo extet testis & flore; hoc tamen est gentile nomen, ab urbe deducit, ideoque ex patria, non ex alia re dicti nominis non fertur, appellationem sumptam esse cōstat. Quocirca Chrysostomi sententiam veram arbitror: tum ob causas ante allatas, tum quod videamus Prophetas plurimos, vel non scripsisse, vel eorum fragmenta recitari, quod etiam in aliis auctoribus usu venit: extant enim inter Prophetarum libri ex fragmentis veterum auctorum. Prophetas plurimos fuisse constat, quia iam tum erat Zachariæ, gemen, ut Simeon, Anna, alii. Neque igitur hæc sententia non auctorum est, neque à recentioribus reiecta. Cur enim negemus auctorum alios Prophetas de Christo prophetasse, quamvis fuerint, non scripserint, aut scripta excidisse, plurima tamen, vel memoriæ, vel commentationum thesauri ad Christi tempora pervenisse, quæ nunc interciderunt? Fieri enim potest in libris amissis clarius hoc existisse testimonium, ait Aretius Caluino suo consideratior discipulus. Hoc ad iungere liber: Nazareos hæreticos, quialio quoque nomine Symmachiani appellati sunt, huc non pertinere: De illis Epiphanius Augustinus, alii.

Adami Conz en
in
Euāgelis
C. VI
18